



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Schefferi Argentoratensis De Re Vehiculari Veterum Libri Duo

Scheffer, Johannes

Francofurti, 1671

Cap. XIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13156**

## Cap. XVIII.

*Equis tribus ad jugum.*) Imo à duobus subjugis, & uno funali, quod abunde declaratum est.

*Hoc volumine.*) Quod scripsit de Familiis Romanis, & cujus pars est hoc opusculum. Alias qui nummos volet cernere, consulat Urfinum in familia Claudia, Nævia, & aliis.

## Cap. XIX.

*Ab Erichthonio.*) Hoc non sic simpliciter est verum, quod monstravi alibi.

*Iuxta traditionem poetarum relucet inter stellas.*) Ne hoc quidem verum est. Nunquam quadrigas retulerunt inter sydera, sed Erichthonium, quem Aurigam nuncuparunt. Consule Germanicum, ejusq; veterem Scholiasten.

*Quinquejuga.*) Talis mihi hætenus non est observata.

*Exjuga.*) Scribendum *hexjuga*, vel potius *sexjuga*.

*Victoriatum cum imagine victorie.*) Vide Plinium lib. XXXII.

cap. 3.

*Trigarium certamen.*) Hoc totum esse commentitium, & electione prava natum, pridem demonstrarunt eruditi, & nos quoque aliqua habemus, ubi egimus de trigis.

*Præter alteras, quas tenet manibus.*) Putat duplices habenas habuisse, sicut liquet etiam ex sequentibus. At nemo veterum hoc prodidit. Repugnant etiam imagines. Vide quadrigas exemplo Rubenianarum delineatas nobis.

*Octajuges & nonajuges.*) Vellem ostendisset nobis, ubi currus hi legantur. Nobis enim hætenus sunt incogniti.

## Cap. XX.

*Uti sunt in cursu.*) Imo verò ad onera vehis plaustrisq; utebantur, non ad cursum. Nam de cursu publico ne ipse quidem loquitur.

*Octophorarius.*) Ficta, barbaraq; vox, & incognita scriptoribus.

*Solus usus est Caligula.*) Hoc sine dubio hausit ex Suetonio. Sed is nihil tale, tantum ita habet cap. 43. *Irer confecit in-*